



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.

Huth, Adam

Augustæ Vindelicorum, 1732

13. De torneamentis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

laritas introducta est. 2. Episcopus tamen etiam in irregularitate hac potest dispensare, si delictum sit occultum, & necdum ad forum contentiosum deductum, v. g. mutilatio; aut si sit, homicidium hoc non fuerit plenè & perfectè voluntarium, quale foret casuale cum culpâ gravi. Trid. Sess. 24. c. 6. de ref. 3. Prælati Regularibus vi specialis privilegii competit potestas, cum suis subditis dispensandi in eâ etiam irregularitate, quæ est ex homicidio plane voluntario, injusto, occulto, & justo ex defectu lenitatis. Schmalzg, h. n. 266.

TITULUS XIII.

De Torneamentis,

Q. 1. *Torneamenta quid sint & quotuplicia?*
Resp. Torneamenta germanicè *Eburnier* sunt nundinæ, seu feriæ & hastiludia, aut solennes pugnæ equestres, quibus milites, vel, ut olim in Germania, Nobiles equestri Ordinis ex condito convenire, & ad ostentationem virium ac animositatis suæ congregari solebant. c. 1. h. t. & AA. comm. Fiebant vel temerè hastis, habentibus acutas sibi cuspides præfixas, aliisque armis ad infligenda vulnera expeditis, vel adhibitâ cautelâ, v. g. hastis cuspidibus carentibus. Torneamentis affines sunt *Agitationes Taurorum*.

Q. 2. *An & sub quibus pœnis torneamenta sint prohibita?* *Resp.* Torneamenta primi generis licet

D 5

fortè

fortè jure veteri Civili permiffa fuiſſe videri po-
 ſunt. arg. *L. 7. §. 4. ff. ad L. Aquil. L. 2. ff. de alicuius*
Jure tamen novo Codicis L. unic. C. de gladiis
Libr. 11. & præcipuè Jure Can. c. 1. & 2. b. 1. pro-
hibita ſunt ſub pœnis aliàs in homicidas ſtatuta
reſpectu eorum, qui occidunt, & ſub pœna pri-
vationis ſepulturæ Eccleſiaſtica in eum Locum
qui ibi occubuit. Poſterioris generis torneame-
ta pariter olim prohibuerat Clemens V. Concilii
Paſſiones. idque ob immodicos ſumptus; Con-
tentionem, tamen illam, & cenſuras in eâ conten-
tas ad inſtantiam Regis Galliæ & Principum Ger-
maniæ Joannes XXII. in Extrav. un. h. t. remoc-
avit; unde hodieſum torneamenta, ſed eques-
ſtres, modò ſiant cum moderatione, licent Lib-
eris? Clericis enim adhuc hodie interdita ſunt,
quia referunt ſpeciem exercitationis bellicæ. De-
cret. Conc. Herbipol. tempore Honorii IV. ca. 4.
& Conc. Salisburg. pœnam Excommun. in Sa-
ricos ſecundi tantùm generis torneamenta ex-
centes ſtatuant. Quod de torneamentis, ſed
de agitationibus Taurorum dicendum, hæc ſunt
pariter ſi ſiant temerè & cum periculo vitæ, S. P.
V. ſub pœna excommunicationis contra Do-
nos permittentes tales agitationes, & ſub pœ-
privationis ſepulturæ Eccleſiaſtica contra ſuos
decedentes, prohibuit.

Tl.